

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sollicitudo siue occupatio f
cum uariis

Sepe qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus pressi ceciderunt, et sepe qui occupati bene humanis usibus uiuerent, gladio sue quietis extincti sunt. Non nulli hominum ita ociose mentis sunt ut si eos labor occupationis excipiat, in ipsa operis inchoatione succumbant.

Gregorius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Sollicitudo siue occupatio f] Sollicitudo siue occupatio g P V¹ V² L¹ L²; humanis usibus] vsibus humanis P V¹ V² L¹ L²; succumbant] succubant P V¹; Gregorius *om.* L¹ L²